

De metallis et lapidibus

tamini scripturas: quia ille testimonium perhibent de me: et tunc ceci negant quam saraceni ignorant scripturas venerantur et adorant.

Ca. XCIII

Zelus dei assimilatur aeri

Zelus aeri: qui habet tres regiones: quae summa quae igni coniuncta est rara est et vehementer calida propter vicinitatem ignis et propter radios stellarum et lunae: quae sibi sunt viciniora: et illa pars est locus inflammationis propter se: dicitur regio estus. Huiusmodi similes sunt quae magno caeli ardore servescunt: Ps. lxxvij. Zelus domus tuae comedit me. Glossa. Zelus est bonus servus animi: qui mens pro defensione veritatis accenditur: eo quod quaelibet prava quae videt corrigere satagit. si nequit tolerat et gemit. Huiusmodi zelus causatur in sanctis ex inflammatione ignis spiritus sancti vel charitatis divinae: et ex radiis stellarum. id est exemplis sanctorum patrum: sicut phinees: helie et aliorum: qui multum zelaverunt pro deo et lege eius. i. Mach. ij. Phinees pro non zelando zelus dei accepit testamentum sacerdotum eternum. Helias dixit. iij. Reg. xix. Zelo zelatus sum pro domino. Secunda regio aeris siue media zona est locus frigidus: quia illa non habet calorem ex vicino igne sicut regio superior: nec ex reflectione radioy sicut regio inferior: eo quod radii non reflectunt ad transparentem siue peritum: aut ad multum diaphanum: sed tamen ad solidum planum: et plus si fuerit tertium: ut est aquae superficies vel speculi vel alio modo politum vel planum. Huiusmodi aeri similes sunt quae sunt totaliter frigidi: ita ut nec caelo dei tangant: quia nec igne divini amoris incenduntur: nec radiis. id est exemplis sanctorum tanguntur: et ideo auferunt ab eis diabolus celum bonum. Tales sunt prelati mali qui de gregis sui dissipatione non curant: Esa. xj. Auferetur zelus ephraim. Ephraim interpretatur augmentum vel fertilitas: et signat prelatos qui cogitant de temporalium augmentatiōe: et nihil de animarum perditione. Tertia regio aeris est tepida vel temperata suscipiens aliquid de superiori et aliquid ab inferiori: est tamen interperate calida sicut quae vincitur ab inferioribus quae quibusdam temporibus: et interperate frigida sicut quae vincitur a superioribus quibusdam temporibus aliis. Huiusmodi similes sunt quae caeli dei habent tepidum vel inordinatum. Nam aliquid vincitur ab inferioribus passionibus irae vel odio et tamen nimis

inca descunt. Quandoque vero superiorum vel potentiorum timore perterriti: omnino a caelo tepescunt et frigescent. Tales habet caelum sed non sicut scientia. id est discretionem: Ro. x. Patet ergo quod caelum frigidum cum sit nullum est damnabilis: tepidum: reprehensibilis: feruidum et charitativum laudabilis quae meretur celestem premium. i. Mach. ij. Helias dum caelum caelum legis recepit est in caelo. Ad quod nos perducat christus qui est benedictus Amen.

Explicit liber primus de similitudinibus rerum.

Incipit prologus libri secundi de metallis atque lapidibus.

Habet argentum venarum suarum principia: et auro locus est in quo constitatur. Ferrum de terra tollitur: et lapsus calore solutus in eis convertitur: Job xxvij. Divinae prudentiae largitas: a qua quae cunctae creatae sunt connectionis mirabilis ordine gubernantur: rationali creature. id est homini sic corpora inferiora subiecit: ut ei in subsidium adessent infirmitas: et documentum insuper porrigeret veritatem: et in exemplum illi fierent etiam bonitatem. Nam ex usu vario sensibiliu corporum humani corporis labilitati succurrit: quod ex eisdem ex quibus constat corporibus nutritur: ex eorumdem quoque corporum speciebus informantur sensus: et ratio eruditur: ut sic humana conditio a sensu sumat initium: et non pro se res sensibiles. id est suas substantias et essentias: sed tamen pro suas species anime illabuntur: ex quibus humana ratio dum hinc inde investigando discurrens: rationes format quae plurimas: ex quibus intelligibiles elicit varietates: non solum de rebus inferioribus sed etiam de superioribus. Sic enim inuisibile